



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 129. Sicaria cædes Gandiæ Ducis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV.

A C. 1497.

§. CXXIX.

*Sicaria cædes Gandiæ Ducis.**Marian hist.*  
*Hispan. l. 26.*  
*n. 82.*

*Noctæ quadam ad octavum decimum Kalendas Julias (\*) ex hortis, ubi cœnati erant Gandiæ Dux, & duo Cardinales Valentinus, & Borgia, quorum primi duo Spurii erant Papæ Filii, tertius vero ejusdem Nepos, flexo in vesperum die serius sese domum conferebant ex orto Cardinalis S. Petri ad vincula prope Ecclesiam, ubi cum Venotia sua Matre sæpius convenerant, atque ad Palatium suum revertebantur (\*\*), ut inquit*

(\*) Seu decima quarta Junii.

(\*\*) Equidem Continuator hanc epistolam ex Mariana refert, atque in editione sua illam virgulis obliquis designat, perinde ac si verba, ut vocant, illius formalia recitaret, cum tamen ea verba, quæ ciceronianis literis excusa sunt, mere de suo adjecerit, ut Lectoris memoriæ rursus inculcet, ut Lectoris memoriæ rursus inculcet, hos Cardinales fuisse nothos Papæ filios, eorumque Matrem esse Venotiam, cum tamen plusquam viges utriusque hujus Cardinalis mentionem fecerit, quin studiose adderet hæc verba: *Nothi Papæ Alexandri Filii, quos tamen Alexander longe ante Papatum procreaverat.* Insuper



quit Burchardus : *Divertit paululum de via Dux cum unico a pedibus famulo, quem etiam a se dimisit arma quæsitum. Fecit ille, ut erat imperatum : verum in reditu Herum non invenit, neque vero die proximo omnino intelligi potuit, ubi esset. Mula tantum, qua Dux pridie vehebatur, ad Flaminiam portam urbis est inventa; majori ergo diligentia & inquisitione cognitum e naviculario est, de media nocte e cymba, in qua pernoctabat, vidisse se hominem e mula, qua portabatur ab alio in clunibus insidente, & duobus ab utroque latere ad extremum Tiberis pontem, ubi ventum esset, in subiectum flumen præcipitem datum. Rogasse eum, qui in mula sedebat, an mergeretur, ac duobus illis id affirmantibus discessisse omnes. Papa quantocius urinatores jussit, ut ad imum usque flumen quærerent in loco, a naviculario designato, qui erat locus, in quem fimus, urbisque fordes paulo ante*

Sæcul. XV.  
A. C. 1497.

ta autem hac repetitione frustra novam Pontificatui invidiam accersere satagit Continuator, Catholici enim perbene sciunt, quod Deus Ecclesiæ veræ ejusque capiti promiserit infalibilitatem in docendo, non item innocentiam morum. Protestantibus vero ubique ac præcipue in Anglia tanquam supremum Ecclesiæ caput agnoscunt eos etiam Principes, qui ejusmodi sceleribus, aliisque pejoribus contaminati erant.



Sæcul. XV. ante projiciebantur (\*). Hi postquam  
 A.C. 1497. diligenter quæsierunt, corpus invenere no-  
 vem scædatum vulneribus cum vestibus, ac  
 reliquo omni ornatu.

## §. CXXX.

*Incogniti hujus cædis Auctores.*

*Marian. id.  
 Guicc. l. 3.*

Quamvis solertissima adhiberetur inqui-  
 sitio, nihilominus hujus cædis Au-  
 ctiores haud detegi poterant. Alii in sce-  
 leris suspicionem adducebant Urfinos, qui  
 de Pontifice ipsis infenso vindictam sum-  
 pturi, iræ suæ rabiem in Filios ejus effu-  
 disse credebantur; alii accusabant Asca-  
 nium Sfortiam Cardinalem, qui ob inju-  
 rias sibi a Borgianis illatas eisdem sum-  
 mo persequebatur odio; constantior ta-  
 men fama tulit, criminis auctorem fuis-  
 se Cæsarem Borgiam Valentinum Cardi-  
 nalem defuncti Ducis fratrem natu majo-  
 rem, qui omnium, quos illo ævo terra susti-  
 nuit, sceleratissimus audiebat, nec su-  
 spicioni fundata ratio deerat; quippe  
 præter ambitionem, qua flagrabat, ægre  
 etiam ferebat, Gandiæ Duci potiores  
 fuisse

(\*) Hæc verba itidem intrusit Continua-  
 tor, cum Mariana tantummodo dicat: *Loco  
 a naviculario designato urinantes ad imum us-  
 que flumen quæsitum diligenter corpus inve-  
 nere.*